

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Scriptura sacra b cum fonte primo

Modus ipse dicendi
quo sacra scriptura contextitur,

quamuis omnibus accessibilis
paucissimis tamen penetrabilis. Nam ea
que aperta continet quasi amicus
familiaris sine fuco ad cor loquitur
indoctorum atque doctorum;
ea uero que in misteriis occultat,
nec eloquio ipso superbe erigit quo non
audeat accedere mens tardiuscula et
inerudita quasi pauper ad diuitem, sed
inuitat omnes humili sermone quos non
solum manifesta, sed etiam
secreta exerceat ueritate hoc in
promptis quod in reconditis habens,
sed ne aperta fastidirentur, eadem
rursus aperta desiderantur, desiderata
quodam modo renouantur, renouata
suauiter intimantur. Hiis salubriter et
praua corriguntur et parua nutriuntur et
magna oblectantur ingenia.

Augustinus ibidem (II. epistola ad
Volusianum).

Modus autem ipse dicendi,
quo sancta scriptura contextitur,
quam
omnibus accessibilis, quamuis
paucissimis penetrabilis! ea,
quae aperta continet, quasi amicus
familiaris sine fuco ad cor loquitur
indoctorum atque doctorum;
ea uero, quae in misteriis occultat,
nec ipsa eloquio superbo erigit, quo non
audeat accedere mens tardiuscula et
inerudita quasi pauper ad diuitem, sed
inuitat omnes humili sermone, quos non
solum manifesta pascit, sed etiam
secreta exerceat ueritate hoc in
promptis quod in reconditis habens.
sed ne aperta fastidirentur, eadem
rursus aperta desiderantur, desiderata
quodam modo renouantur, renouata
suauiter intimantur. his salubriter et
praua corriguntur et parua nutriuntur et
magna oblectantur ingenia.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 137,
5 (CSEL 44, A. Goldbacher ed., pp.122-
3, ll.10-14, 1-8).